



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Decretum de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

## CANON IX.

*Si quis dixerit, Ecclesie Romanae ritū, quo  
summissa voce pars canonis, & verba cōsecra-  
tionis proferuntur, damnandum esse, aut lin-  
guā tantum vulgari Missam celebrari debere;  
aut aquam non miscendam esse, vino in calice  
offerendo, eò quod sit contra Christi institu-  
tionem: anathema sit.*

*Decretum de obseruandis, & evitandis  
in celebratione Missæ.*

*Q*uanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctū  
Missæ sacrificium omni religionis cultu,  
ac veneratione celebretur, quius facile ex-  
istimare poterit, qui cogitarit, maledictum in  
sacris literis eum vocari, a qui facit opus Dei  
negligenter. *Quod si necessario fatemur, nul-  
lum aliud opus adeo sanctum, ac diuinum, i-*  
<sup>a Hier. 48</sup> *Christifidelibus tractari posse, quam hoc ipsius*  
*tremendū mysterium. quo viuifica illa hostia,*  
*qua Deo Patri reconciliati sumus, in altari pe-*  
*sacerdotes quotidie immolatur, satis etiā ap-  
paret, omnem operam & diligentiam in eo po-  
nendā esse, ut quanta maxima fieri potest in-  
teriori cordis munditia, & puritate, atque ex-  
teriori deuotionis ac pietatis specie peragatur.*  
*Cum igitur multa iam siue temporum viuo, si-  
ue hominum incuria, & improbitate irreppi-  
vidrātur, que à tāti sacrificij dignitate aliena-  
sunt, ut ei debitus honor, & cultus ad Deiglo-  
riā, & fidelis populi ædificationē restituatur.*

eernit S. Synodus, vt Ordinarij locorū Episcopi  
 ea omnia prohibere, atq; ē medio tollere sed ulō b Eph. 5.  
 curen, ac teneātur, q; vel auaritia, h idolorum  
 seruitus, vel irreuerentia. q; ab impietate vix  
 semper esse potest, vel superfluo, vera pie-  
 tatis falsa imitatrix, induxit. Atque vt mul-  
 ta paucis comprehendantur, in primis, quod ad  
 auaritiam pertinet, cuiusvis generis mercedum  
 conditiones, patta, & quidquid pro Missis no-  
 vis celebrandis datur, necnon importunas, atq;  
 illiberales eleemosynarum exactiones, potius c. Cōc. La-  
 quam postulationes, aliaq: huiusmodi, q; à fi- odicē. ca.  
 moniacalabe, vel certe à turpi questu non lō- 8. Conc.  
 gē absunt, omnino prohibeant. Deinde, vt irre- c. 9. c. sic-  
 uerentia vitetur, singuli in suis diocesibus in- ut. cū seq.  
 terdicāt, ne cui viago, & ignoto sacerdoti Mis- c. hic er-  
 fas celebrare liceat. Nemine preterea, qui pu- go. c. nul-  
 blice, & notoriè criminatus sit, aut s. altari byter. &  
 ministrare, aut sacris interessere permitiat; ne- c. cleric-  
 ve patiātur c. priuatis in domibus, atq; omni- cos. de  
 nō extra ecclesiam, & ad diuinū tantū cultum cōs. dist.  
 dedicata oratoria, ab iisdem Ordinarijs desig- i. iuxta  
 nāda, & visitāda, sāttū hoc sacrificiū à secula- Con. La-  
 rib. aut regularibus quibuscūq; peragi: ac nisi od. c. 58.  
 pri' qui interfit, decēter cōposito corporis habi- & Felic.  
 tu declarauerint se memre ēt, ac deuoto cordis Papam in  
 affectu non solum corpore, adesse. Ab ecclesijs ep. ad oēs  
 verò musicas eas, vbi siue organo siue cantui Episcop.  
 lasciū aut impurū aliquid miscetur, item sē- & ante  
 culares omnes actiones, vana, atq; adeò pro- hos Ana-  
 pist. 1. cletuse.

fana

fana colloquia, deambulationes, strepitus, clamares arceant; ut domus a Dei verè domus orationis esse videatur, ac dici possit. Postremo, ne superstitutioni locus aliquis detur, edicto, et pœnis propositis caueant, ne sacerdotes alii, quam debitis horis celebrent; ne ritus alios, aut alias ceremonias, & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, que ab Ecclesia probatae, ac frequenti, & laudabili usu receptæ fuerint. Quarundam verò Missarum, & candelarum certum numerum, qui magis à superstitione cultu, quam à vera religione, inuenitus est, ominus ab ecclesia remoueant: docentque populum, quis sit, & à quo potissimum proueniat sanctissimi huius sacrificij tam pretiosus ac cœlestis fructus. Moneant etiam eundem populum, ut frequenter ad suas b<sup>r</sup> parochias, saltem diebus Dominicis, & maioribus festis, accedant. Hæc igitur omnia, que summatim enumerata sunt, omnibus locorum ordinarijs ita proponuntur, ut nō solum ea ipsa, sed quæcunq; alia huic pertinere visa fuerint; ipsi pro data sibi à sacro sancta Synodo potestate, ac etiam, ut delegati Sedis Apostolice, prohibeant, mādent, corrigant, statuant: atque ad ea in uiolatè seruanda censuris ecclesiasticis alijsque pœnis, que illorum arbitria constituerunt, fidelem populum compellant: non obstatibus priuilegijs, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque.

De

b. c. 2. de  
par. Vide  
Conc. A-  
gath. 21.  
& 63.